

firmavimus. Quod ne cuiquam postmodum dubium existere possit, praesenti paginae sigilli nostri inpressione affigi praecepimus, adhibitis idoneis quorum nomina sunt haec testibus: Herborto praepositus de Worzin, Volemarus Magdeburgensis canonicus, Sifridus Misnensis canonicus, laici Svidegerus, Henricus de Plisna, Johannes, Odelricus, Peregrinus, Petrus et alii quam plures.

Nach dem Orig. im Prov.-Archiv zu Magdeburg mit dem ziemlich wohl erhaltenen Siegel des Bischofs an rothseidener Schnur. — Graf Conrad, Sohn des Markgrafen Diterich der Ostmark war, wie im Chron. montis sereni p. 38 sqq. ed. Eckstein umständlich berichtet wird, auf einem Turnier in Oesterreich am 17. Nov. 1175 tödtlich verwundet worden und nach empfangener Absolution gestorben. Da aber der Beisetzung desselben auf dem Petersberge bei Halle Erzbischof Wichmann Schwierigkeiten entgegenstellte und hierzu die Einholung einer besonderen päpstlichen Genehmigung forderte, konnte dieselbe erst am 18. Jan. — selbstverständlich also im J. 1177 stattfinden. Die mit der vorstehenden Urkunde in allen wesentlichen Punkten fast wörtlich übereinstimmende Bestätigung des Kaufes von Seiten des Markgr. Diterich wird bei ihrer Bedeutung für die Geschichte des Hauses Wettin im 1. Bde. des 1. Haupttheils des Codex dipl. nach dem Original ihre Stelle finden.

### No. 59. 1185.

*B. Martin ordnet die Rechtsverhältnisse der Forenser und der Colonen von Löbnitz.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Martinus dei gratia Misnensis episcopus. Saepenumero fit ut de contractu, de conventionem sive de cuiuspiam rei compositione oriatur controversia, quae non oriretur vel orta facile sopiretur, si actae rei testes vel litterarum haberentur monumenta. Quapropter ut de verbo, in quo cum forensibus et colonis in Lvbaniz convenimus, controversia non oriatur futuris temporibus, quo nos ipsis quo ipsi nobis teneantur promissionis debito in praesenti karta tam ad futurorum quam praesentium notitiam conscribi fecimus. Forensibus itaque quam Hallenses, colonis quam illi de Burch habent, quia eam elegerunt iustitiam concessimus statuantes, ut tam forenses quam coloni non amplius quam ter in anno coram advocato in iudicio stare cogantur, ubi vel de remissis verbis vel de inordinato gestu corporis, sive de alia aliqua minori indisciplina secundum debitam huic culpae iustitiam coerceantur. De maioribus autem excessibus sicut de latrocinio, de furto, de sanguine effuso, de rapina et de alia his simili violentia sub regio banno respondere cogantur. Forensibus etiam a civitate sua susum et visum usque ad fluvium Lynaw<sup>a)</sup> libertatem pascuae concessimus, quam etiam libertatem et in mansis suis colonis sicut nos rogaverunt dedimus. Nulli etiam colonorum mansum suum vel agrum militi aut qui miles sit futurus dare vel vendere liceat. Quod si quis facere praesumpserit, tam vendens quam emens manso privetur et eum episcopus in suam proprietatem trahat. De quolibet autem colonorum manso, omnium quae in eo elaborata fuerint recta decima tam in agris quam in altilibus praeterea scocciis, sed et in nocte nativitatis sanctae Mariae virginis nobis et nostris successoribus duo dabuntur solidi, qua quoque die de quolibet curia in foro VI nobis sunt solvendi denarii. Ne quis autem successorum nostrorum posthac quod absit temere temptet infirmare hoc, quod communicato familiarium nostrorum consilio pro aedificatione ecclesiae nostrae non parvo nostro impendio

a) Ober- und unterhalb bis an die Leine.